



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

De primatiua ecclesia, & edicto Constantini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

elemēta mūdi, & nō secūdu Christū, q̄a in Christo habitat oīs plenitudo diuinitatis corpora liter, & estis in illo repleti q̄ est caput oīs principatus & potestatis, in quo & circūcisi estis, circūcisiōne nō manufacta in expoliatōe corporis carnis in circūcisiōe Christi cōsepulti ei in baptismo in quo resurrexistis p̄ fidē operatōis dei q̄ fulcitauit illū à mortuis, Et vos cū mortui essetis in delictis & p̄putio carnis vestræ cōiuiuificauit cū illo, donās vobis oīa delicta, dolens q̄ aduersum vos erat chirographū decreti q̄d erat cōtrariū nobis, & ip̄m tulit de medio & affigens illud cruci, expoliās principatus & potestates traduxit cōfidēter palā triūphās illos in se metipso, Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū q̄ sunt umbra futurorū, corpus autē Chri. Nemo vos seducat volēs in humilitate & religione angelorū q̄ nō vidit ambulās frustra in flatus sensu carnis suæ, & nō tenēs caput, ex quo totū corpus p̄ nexū & cōiunctiōne subministratū & cōstructū crescit i augmētū fidei. Si mortui estis cū Christo ab elemētis huius mūdi q̄d adhuc tanq̄ viuētes in mūdo decernitis, Ne tetigeris, neq̄ gustaueritis, neq̄ cōtrectaueritis q̄ sunt oīa in interitu ipso vsu secundū p̄cepta & doctrinas hoīm, q̄ sunt rationē q̄dā habētia sapiētiae in superstitiōe & humilitate, & nō ad parcendū corpori, nō in honore aliquo ad saturitatē carnis. Igit̄ si cōsurrexistis cū Christo q̄ sursum sunt q̄rite, vbi Chr̄s est in dextera dei sedēs, q̄ sursum sunt sapite nō q̄ sup̄ terrā. Mortui em̄ estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in deo. Cū Chr̄s apparuerit vita vestra tūc & vos apparebitis cū ipso in gloria. Mortificate ergo mēbra vestra q̄ sunt super terrā, fornicatiōne, immunditiā, libidinē, cōcupiscētiā malā, & auaritiā q̄ est simulachrorū seruitus, propter q̄ venit ira dei in filios incredulitatis. In q̄bus & ambulastis aliq̄n cū viueretis cū illis. Nūc autē deponite vos omnē irā, indignationē, malitiā, blasphemiam, turpē sermonē de ore vestro. Nolite mentiri inuicē expoliantes vos veterē hominē cū actibus suis & induētes nouū eū q̄ renouat in agnitiōne secūdu imaginē eius q̄ creauit eū, vbi nō est Iudæus & gētilis circūcisio & p̄putiū, Barbarus Scythā, seruus & liber, sed oīa in oībus Chr̄s. Induite ergo vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatē, humilitatē, modestiā, patientiā suppōrtates inuicē, & donātes vobismetipsis, si qs aduersus aliquā habet q̄relā. Sicut & Chr̄s donauit vobis, ita & vos. Sup̄ autē oīa hęc charitatē hātes q̄d est vinculū p̄fectiōis. Et pax Chri vigeat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbū dei habitat in vobis abūdāter in omni sapiētia docētēs & cōmonētes vsmetipsos psalmis, hymnis, & canticis sp̄ualibus in grā cātantes in cordibus vris deo. Omne q̄dcūq̄ facitis in verbo aut in ope, oīa in noīe dñi n̄i Iesu Chri facite, gr̄as agentes deo & patri p̄ ipsum. Vos charissimi nolite deficere bñfacientes. Quod si aliquis fuerit q̄ nō obediērit verbis apostolicis, hunc notate, & nō cōmīscamini cū illo, vt cōfundat, Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt frat̄, deus autē pacis det vobis id ipsum sapere in alterutrū & in oēs, & ipse sit semp vobiscū in omni loco. Amen. Data Calen. Martias, Volufiano & Rufino viris clarissimis consulibus.

## De primitiua ecclesia et Synodo Nicena.



E mo qui scripturas diuinas legit, ignorat, q̄ in principio nascētis ecclesiæ discipulis in vnū cōgregatis cū multitudine credentiū, in q̄bus erat cor vnum, & aia vna, quiq̄ vendētes pr̄dia & possessiones suas afferebāt, & diuidebat singulis prout cuiq̄ opus erat. Futurā nāq̄ ecclesiā in gētibus apostoli p̄uidebāt, maximeq̄ q̄a dñs illis pr̄dixerat, euntes in mundum vniuersum pr̄dicantes euangeliū, vel quia expellendi erant à Iudæa, nouerant se in gentibus dispergendos, ecclesiāq̄ cōgregandā ex rudi populo. Idcirco pr̄dia in Iudæā minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouēdos egentes. At vero cū inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, eo vsq̄ peruenit vt nō solū gentes, sed etiā Romani principes (qui pene totius orbis monarchiā tenebant) ad fidē Christi & baptismi sacramenta cōcurrerēt. Et q̄bus vir religiosissimus Cōstātinus primus fidē veritatis patenter adeptus, licentiā dedit per vniuersum orbē suo degentes imperio non solū fieri christianos, sed etiā fabricandas ecclesias, & pr̄dia tribuēda cōstituit. Deniq̄ idē p̄fatus princeps donaria immēsa, & fabricā tēpli primæ sedis beati principis apostolorū instituit, adeo vt sedē imperialē quā Romani principes possederant, relinqueret, & beato Petro suisq̄ p̄sulibus profuturā cōcederet. Idē vero p̄sidentis in sc̄tā synodo quę apud Nicænū cōgregata est, cū q̄relā quorundā cōspiceret corā se deferendā ait, vos à nemine d̄iudicari potestis, q̄a solius dei iudicio reseruamini, d̄i etenim vocati estis. Idcirco nō potestis ab hoīb̄us iudicari. Ab illo etem̄ tpe & deinceps viri religiosissimi nō solū possessiones, & pr̄dia quę possederāt, sed etiam semetipsos domino consecrarunt ædificantes basilicas in suis fundis in honore sc̄torū, martyrum per ciuitates ac monasteria innumera, in q̄bus cœtus do

## Edictum Constantini imperatoris.

mino seruentiū cōueniret. Deniq; reges & p̄sides ac magistratus nō solū hanc licentiā tribuere, sed etiā ipsi propria largiti sunt p̄ vniuersa regna terrarū, vnde alerent egentes qui nihil in mūdo possidebāt, ecclesiāq; dei fabricarēt atq; restaurarēt, deoq; & ecclesiā eius rite famulātibus seruisq; illius supplemēta (vt absq; necessitate essent) tribuerent, vt hāc accipientes possent secūdum monita apostoli oratōes, postulatōes, obsecratōes, gr̄as actiones facere p̄ oibus hoibus, pro regibus, & qui in sublimitate sunt, vt quietā & trāquillā vitā habeāt. Et hoc bonū & acceptū eē corā deo idē mḡ gentiū protestatur cui sollicitudo omniū ecclesiā incumbit, quiq; ep̄os regere p̄ sp̄m sanctū cōstituit ecclesiā dei. Quibus ait, Pascite qui in vobis est gregem dei prouidentes nō coacte sed sponte secūdum deū, neq; turpis lucri gr̄a, sed voluntariā. Cū em̄ dicat, Nemo militās deo ip̄icat se negocijs secularib; q̄ em̄ sunt negocia secularia sancti canones manifestāt & inhihent p̄spicue, qđ quidam qui in clero vident electi propter lucra turpia cōductores alienarū possessionū fiāt, & secularia negocia sub cura sua accipiāt dñi quidē ministeriū p̄cipēdētes, seculariū vero discurrentes domos, & p̄pter auaritiā p̄moniorū sollicitudinē sumētes, decreuit sc̄ta synod⁹ nullū deinceps clericū aut possessionē cōducere, aut negocijs secularibus se miscere, p̄ter pupilloz & orphanoz, aut si forte ep̄s ciuitatis ecclesiasticarū rex sollicitudinē h̄re p̄cipiat, vt liquido patet, qā alia sunt negocia secularia alia ecclesiastica. Nōne Moyses i seculo erat cū crebro tabernaculū intraret & exiret, q̄ intus cōtēplatōe raptus foris infirmatiū negocijs vrgebat intus dei archana cōsiderās, foris onera carnaliū portabat; Cuius typū sacerdotes in ecclesiā agere debēt, vt dū foras exeūt ad exercēda negocia p̄ necessitatibus subditoz, itus ad serē dāt p̄ cōtēplatōem mādatorū, sicut Paulus q̄ celestib; secretis inserit, & tñ p̄ cōdescēsiōis viscera carnaliū cubile p̄scrutat, Sic & Iacob ascendētes & descēdentes angelos vidit, quia videlicet rectores ecclesiā nō solū deo cōtēplādo supna appetūt, sed deorsum quoq; admē braillius miserādo descendūt. Et dū sacerdotes horū facta imitant & se custodiūt, & subditoz onera portāt, & vident tales esse, q̄les idē egregius p̄dicator dicit, vt qui vtuntur hoc mūdo tanq; nō vtant, & qui gaudent tanq; nō gaudentes, & qui emūt tanq; nō possidētes.

## Edictum domini Constantini imperatoris.

B



A

N noie sc̄te & indiuidue trinitatis, p̄s sc̄licet & filij, & sp̄s sancti impator Cesar. Fauus Cōstātinus in Ch̄o Iesu vno ex eadē trinitate sancta saluatore dño deo n̄o fidelis, māsuetus, bñficus, alemanicus, gothicus, sarmaticus, germanicus, britānicus, vnicus, pius, felix, victor, ac triūphor semp augustus, sc̄tissimo ac b̄tissimo patri p̄ri Siluestro vrbis Ro. ep̄o & papā, atq; oibus eius successorib; qui in sede beati Petri vsq; in finē seculi sessuri sunt p̄tificibus, necnō & oibus reuerēdissimis & deo amabilibus catholicis ep̄is eidem sacrosct̄e Ro. Ecclesiā p̄ hāc nostrā ip̄erialē cōstitutiōne subiectis in vniuerso orbe terrarū nūc & in posteris cūctis retro t̄pibus cōstitutis gr̄a, pax, charitas, gaudiū, lōganimitas, m̄ia à deo p̄re oipotēte & Iesu Ch̄o filio ei⁹, & sp̄i sancto cū oibus vobis. Ea q̄ saluator & redēptor n̄r dñs n̄r Iesus Ch̄us altissimi p̄ris filius p̄ suos sc̄tos ap̄los Petrū & Paulū interueniente p̄re n̄o Siluestro summo pontifice & vniuersali papa mirabiliter dignatus ē opari, liquida narratōe p̄ huius n̄r imp̄ialis institutionis paginā ad cognitionē oim̄ populoz in vniuerso orbe terrarū studuit propagare n̄ra māsuetissima serenitas. Primū quidē n̄r am fidē quā à plato b̄tissimo p̄re & oratore n̄o Siluestro vniuersali p̄tifice docti sumus, itima cordis cōfessiōe ad instruedas oim̄ v̄m mētes p̄ferētes, & ita demū dei misericordiā sup̄ vos diffusam annunciātes. Nosse em̄ vos volumus sicut p̄ anteriorē nostrā sac̄rā pragmaticā iussione significauimus nos à culturis idolorū, simulacris mutis & surdis manufactis, diabolicis cōpositōibus atq; ab oibus sathanæ p̄p̄is recessisse, & ad itegrā ch̄ristianoz fidē q̄ ē vera lux & vita p̄petua puenisse credētes iuxta id qđ nos idē alm̄ificus summus p̄r & doctor n̄r Siluester instruxit p̄t̄ifex in deū patrē oipotētē factorē celi & terrā visibiliū oim̄ & inuisibiliū. Et in Iesum Christum filium eius vnigenitū dominum nostrum, p̄ quē creata sunt omnia. Et in sp̄m sanctū dñm & viuificatōrē vniuersę creaturę, hos patrē & filiū & sp̄m sc̄m cōfitemur ita, vt in trinitate p̄fecta & plenitudo sit diuinitatis & vnitas p̄tātis, p̄r deus, filius de⁹, & sp̄s sc̄tus deus, & tres vnū sunt in Iesu Ch̄o. Tres itaq; formę sed vna p̄tās. Nā sapiēs retro semp deus edidit ex se p̄ qđ semp erāt gignēda secula verbū. Et qñ eodē solo suę sapiētīę verbo vniuersam ex nihilo for̄mauit creaturā cū eo erat cūcta suo archano cōponēs mysterio, Igit̄ p̄fectis celoz virtutib; & vniuersis terrę materijs pio sapiētīę suę nutu ad imaginē & similitudinē suam primū

primū de limo terræ fingēs hoīem hūc in paradiso posuit voluptatis. Quē antiquus serpēs & hostis inuidēs diabolus p amarissimū ligni vetiti gustū, exulē ab eisde fecit gaudijs, eoq; expulso nō definit sua venenosa multis modis protelare iacula, vt à via veritatis humanū abstrahēs genus, idoloꝝ culturaꝝ, videlicet creaturaꝝ, & nō creatori deseruire suadeat, quatenus p hos eos q̄s suis voluerit irretire insidijs, secū æ terno efficiat cōcremādos supplicio. Sed deus n̄ misertus plasmatis sui, dirigēs sctōs suos prophetas, p q̄s lumē futuraꝝ vitæ aduentū videlicet filiū sui dñi dei & saluatoris nr̄i Iesu Ch̄ri annūtiāns misit eūde vnigenitū filiū suū & sapiētiaꝝ verbum. Qui descēdēs de cœlis propter nostrā salutē natus de spū sctō ex Maria virgine. Verbū caro factū est, & habitauit i nobis, nō amisit quod fuerat, sed cepit esse qd nō erat. Deū perfectū & hominē perfectū, vt deus mirabilia perficiēs, & vt homo hūanas passiones sustinēs, ita verbū hominē & verbū deum prædicante patre nostro Siluestro summo pontifice intelligimus, vt vez; deū vez; hominē fuisse nullo modo ambigamus. Electisq; duodecim apostolis miraculis corā eis & innumerabilis populi multitudine coruscavit. Confitemur eundem dñm Iesum Ch̄ristū adimplese legē & prophetas, & p̄dicare, & in sanctæ trinitatis noīe aptissime gratiā cōsequi, & dñm nostrū Iesum Ch̄ristū saluatorē, q cū patre & spū sctō p infinita secula viuit & regnat. Quē Siluester beatissimus pater noster vniuersalis p̄dicat p̄tiffex corde deuoto adorare. Ipse em dñs noster misertus mihi peccatori, misit sctōs suos apostolos ad visitandū nos, & lumen sui splēdoris insulit nobis, & abstractū à tenebris ad verā lucē & agnitioē me venisse gratulamini. Nā dū valida squalloris lepra totā mei corporis inuasisset carnē, & multorum medicōꝝ cōuenientiū cura adhiberet, nec vllius quidē cura promeruissemus salutē. Ad hoc venerūt sacerdotes Capitolij dicētes, mihi debere fieri fontē in capitolio & cōpleri hūc inno centū sanguine, & in eo calēte loco me posse mūdari. Et secūdū eoꝝ dicta aggregatis plurimis innocētib; infantibus, dū vellent sacrilegi paganōꝝ sacerdotes eos mactari, & ex eoꝝ sanguine fontē repleri, cernēs serenitas nostra lachrymas matrū eoꝝ, ilicō exhorruī facin̄ miseratusq; eas proprios illis restitūi p̄cepimus filios suos, datisq; vehiculis & donis cōcessis gaudeat eas propria relaxauimus. ¶ Eadē igit trāfacta die nocturna nobis facta silentia dū somni tēpus aduenisset, assunt apostoli sctūs Petrus & Paulus dicētes mihi. Quoniā flagitijs posuisti terminū, & effusione sanguinis innocētis horruisti, missi sumus à Christo dño deo nostro dare tibi sanitatis recuperandæ cōsiliū. Audi ergo monita nostra, & fac quodcunq; indicamus tibi. Siluester ep̄s huius ciuitatis ad montem Soractæ p̄secutiones tuas fugiens in cauernis pe trax; cū suis clericis latebrā fouet, hunc ad te cū adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua dū te tertio merserit, oīs te valitudo ista deferet lepræ. Quod dū factum fuerit hanc vicissitudinē tuo saluatori compensa, vt oēs iussu tuo per totum orbem restaurent ecclesiæ. Te aut ipsū in hac parte purifica, vt relicta omni superstitiōe idoloꝝ, deum viuū & vez; qui solus est & verus adores & excolas, vt ad voluntatē attingas. Exurgens igit à somno protinus iuxta id quod à sctis apostolis admonitus sum, peregi, aduocatōq; eodē præcipuo & magnifico patre & illuminatore nr̄o Siluestro vniuersali papa oīa à sanctis apostolis mihi præcepta dixi verba. Percontati sumus ab eo qui isti dij essent Petrus & Paulus. Ille vero nō eos deos vere dici, sed ap̄los saluatoris nostri dñi dei Iesu Ch̄risti respōdit. Et rursus interrogare cepimus eundē beatissimū papā, vtrū istōꝝ apostoloꝝ imagines expressas haberet, vt ex pictura disceremus hos esse q̄s reuelatio docuerat. Tunc idē venerabilis pater intragines eorundē apostoloꝝ per diaconū suū exhiberi p̄cepit, quas dū aspicerē & eoꝝ quos in somno viderā figuratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus, ingēti clamore coram omnibus satrapis meis cōfessus sum eos esse q̄s in somno viderā. ¶ Ad hæc beatissimus idē Siluester pater noster vr̄bis Romæ ep̄scopus indixit nobis p̄cēnitiaꝝ tēpus intra palatiū nostræ Lateranēse, in vno cilicio, vt oīa q̄ à nobis impie peracta atq; iniuste disposita fuerant, vigilijs, ieiunijs atq; lachrymis & oratōibus apud dñm nr̄m Iesum Ch̄ristū saluatorē impetramus. Deinde p manus impositionē clericōꝝ, vsq; ad ip̄m præsulē veni, ibiq; renūtiāns satanæ pompis & operibus eius, vel vniuersis idolis manufactis credere me in deū patrē omnipotētē factorē cœli & terræ, visibilitū & inuisibilitū, & in Iesum Ch̄ristū filiū eius vnicū dñm nostrū, qui natus est de spū sancto ex Maria virgine, spontanea volūtate corā omni populo professus sum. Benedictōq; fonte illic me trina mersioē vnda salutis purificauit. Positōq; me i sctis gremio manū de cœlo me cōtingētē, pp̄rijs oculis vidi, De q̄ mūdus exurgēs ab omni me lepræ squallore mūdātū agnoscite, leuatoq; me de venerabili fonte indutus vestibus cādidis septiformis græ sancti spūs cōsignationē

## Edictum Constantini imperatoris.

signationē adhibuit beati chrisimatis vnctiōe, & vexillū sc̄tē crucis in mea fronte liniuit dices. Signat te deus sigillo fidei suae. In noīe p̄ris, & filij, & sp̄s sancti in cōsignatōe fidei. Cū  
Etusq; clerus r̄ndit, Amē. Et adiecit p̄sul, pax tibi, Prima itaq; die post p̄ceptū sacri baptif-  
matis mysteriū, & post curatōem corpis mei à lepre squalore agnoui nō esse aliū deum nisi  
patrē & filiū & sp̄m sc̄tm, quē beatus Siluester papa p̄dicat, trinitatē in vnitate, vnitatē in  
trinitate. Nā oēs dij gētū quos vsq; hactenus colui, dæmonia, opa hoīm manifestā cōpro-  
bant. Eteſm quātā prātē idē saluator n̄r suo apostolo b̄to Petro contulerit in cælo ac terra  
lucidissime nobis idē venerabilis p̄r edixit, dū fidelē eū in sua interrogatōe inueniens ait:  
Tu es Petrus & sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā & portæ inferi nō p̄ualebūt aduersus  
eā. Aduertite potētes & aure cordis intēdite, quid bonus mgr̄ & d̄ns suo discipulo adiun-  
xit inquis. Qd̄ cunq; ligaueris sup terrā, erit ligatū & in cælis. Mir̄ ē hoc valde & glorio-  
sum in terra ligare & soluere, & in cælo ligatū & solutū eē. Et dum hęc p̄dicatē b̄to Silue-  
stro agnoscerē & b̄nficijs ipsius beati Petri integerrime sanitati me cōperi restitutū. ¶ Vti-  
le iudicauimus vna cum oibus n̄ris satrapis & vniuerso senatu, optimatibus meis, etiam &  
cuncto populo Ro. gloriæ ip̄erij subiacētī, vt sicut in terris vicarius filij dei eē vidēt consti-  
tut⁹, etiā & p̄tiffices qui ip̄us principis ap̄loz gerūt vices principatus prātē āplius quā  
terrena ip̄erialis n̄ræ serenitatis māfuetudo h̄rē vidēt cōcessā à nobis n̄r oq; ip̄erio obti-  
neāt, eligētes nobis ip̄m principē ap̄loz vel eius vicarios firmos ap̄ deū eē patronos. Et  
& sicut n̄rā ē terrena ip̄erialis potētia eius sacrosanctā Ro. ecclesiā decreuimus veneratē  
honorare & āplius quā n̄r ip̄erij & terrenū thronū sedē sacratissimā b̄ti Petri gl̄osæ ex-  
altari, tribuētēs ei ptātē & gloriæ dignitatē atq; vigorē & honorificētā imperialē, atq; de  
cernētēs sancimus, vt principatū teneat tā sup q̄tuor p̄cipuas sedes Antiochenā, Alexadrī-  
nā, Cōstātinopolitanā, & Hierosolymitanā, q̄q; etiā sup oēs in vniuerso orbe terraz dei ec-  
clesias. Et p̄tiffex qui p̄ tpe ipsius sacro sanctæ Ro. ecclesiæ extiterit, celsior & p̄iceps, cū  
ctis sacerdotibus totius mūdi existat, & eius iudicio q̄q; ad cultū dei vel fidei ch̄rianorum  
stabilitatē pcurādā fuerint disponant, iustū quippe ē, vt ibi lex sc̄tā caput teneat principa-  
tus, vbi sc̄tāz legū institutor saluator n̄r beatus Petrus apostolat⁹ obtinere p̄cepit cathedrā,  
vbi & crucis patibulū sustinēs b̄tē mortis sumpsit poculū, suiq; mgr̄i & d̄ni imitator appa-  
ruit. Et ibi gētes p̄ ch̄ri noīs cōfessioē colla flectāt vbi eoz doctor beatus Paul⁹ ap̄lus p̄ ch̄ro  
extēso collo martyrio coronatus est, illic vsq; in finē q̄rant doctorē vbi sanctum doctoris  
quiescit corpus, & ibi proni ac humiliati cœlestis regis dei saluatoris n̄ri Iesu Ch̄ri famulen-  
tur officio, vbi supbi terreni regis seruebāt ip̄erio. Interea nosse volumus oēm populū vni-  
uersaz gētium ac nationū p̄ totū orbē terraz, cōstruxisse nos intra palatiū n̄ri Lateranē  
se eidē saluatori n̄ro d̄no Iesu Christo ecclesiā à fundamentis cum baptisterio & duodecim  
nos sciatīs de eius fundamētis sc̄dm numēz duodecim apostolorz cophinos terræ onusta-  
tos p̄prijs asportasse humeris, quā sacrosanctā ecclesiā caput & verticē oīm ecclesiæz vni-  
uerso orbe terraz dici, coli venerari ac p̄dicari sancim⁹, sicut palia n̄ra ip̄erialia decreta cō-  
stituiimus. Cōstruximus itaq; ecclesias beatorz Petri & Pauli primoz ap̄loz, q̄s auro & ar-  
gento locupletauimus, vbi & sacratissima eoz corpa cum magno honore recōdentes, the-  
cas ip̄loz ex electro cui nulla fortitudo p̄ualet elemētōz cōstruximus, & crucē ex auro pu-  
rissimo & gēmis p̄ciosissimis p̄ singulas eoz thecas posuimus, & clauis aureis cōfiximus.  
Quibus p̄ cōcinnatōe luminarioz, possessionū p̄dia cōtulimus, & rebus diuersis eas ditau-  
imus, & p̄ nostrā imperialē iussione sacrā, tā in oriētē q̄ in occidentē vel etiā septētrionali &  
meridiana plaga videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa & Italia, v̄ diuersis insu-  
lis n̄ra largitate eis cōcessimus, ea prorsus rōne vt p̄ manus b̄tissimi p̄ris n̄ri Siluestri ponti-  
ficis successorūq; oia disponant. Gaudeat em̄ vna nobiscū oīs populus & gētium natio-  
nes vniuerso orbe terraz exhortātes oēs, vt deo n̄ro & saluatori Iesu Ch̄ro immensas vna  
nobiscū referatis gr̄as, qm̄ ipse deus in cælis desup & in terra deorsum, qui nos p̄ suos sanctos  
apostolos visitās sc̄tm baptismatis sacramētum p̄cipere & corpis sanitate dignos esse  
cit, p̄ quo cōcedimus ip̄s sanctis apostolis d̄nis meis beatissimis Petro & Paulo & p̄ eos e-  
tiam beato Siluestro patri n̄ro summo p̄tiffici, & vniuersalis vr̄bis Romæ papæ, & oibus  
eius successoribus p̄tifficibus qui vsq; in finē mundi in sede b̄ti Petri erūt sessuri, atq; de p̄-  
fenti cōcedimus palatiū imperij n̄ri Lateranēse qd̄ oibus in toto orbe terraz p̄fert atq; p̄-  
cellit palatijs, deinde diadema videlicet coronā capitis n̄ri simulq; palliū, vel mitrā frigiū,  
necnō & suphumerale videlicet loz qd̄ ip̄eriale circumdare affolet collū, v̄z etiā & clami-  
dē purpureā atq; tunicā coccineā, & oīa ip̄erialia indumēta, seu & dignitatē ip̄erialiū p̄si-  
dentū equitū, cōferētēs etiā & ip̄erialia sceptra, simulq; & cuncta signa atq; b̄na etiā & di-  
uersa ornamēta ip̄erialia, & oēm p̄cessionē imperialis culminis & gloriā potestatis n̄ræ.

¶ Viris

¶ Viris em̄ reuerēdissimis clericis diuersis ordinibus eidē sacrosanctæ Ro. ecclesiæ seruien- **A**  
 tibus illud culmen singulari ratē potentia & p̄cellentiā habere sancimus cuius amplissimus  
 noster senatus videtur gloria adornari, id est patricios atq; cōsules effici, necnō & cæteris  
 dignitatibus imperialibus eos p̄mulgātibus decorari. Et sicut imperialibus militia, ita &  
 clerū sanctæ Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quēadmodum iperialis potētia offi-  
 cijs diuersis cubiculariorū nempe hostiariorū, atq; omnium excubiā; ornatu, ita & sanctā  
 Romanā ecclesiā decorari volum⁹. Et vt amplissime p̄tificale decus p̄fulgeat, Decernim⁹  
 & hoc vt clerici eiusdē sanctæ Romanæ ecclesiæ manipulis & linteaminibus, id est candi-  
 dissimo colore decorari equos & ita equitari. Et sicut noster senatus calciamētis vti cum  
 vdonibus, id est cādido linteamine illustrati, vt sicut cœlestia ita & terrena ad laudē dei de-  
 corent. Præ omnibus autē licentiā tribuentes ipsi sanctissimo patri n̄o Siluestro vrbis Ro-  
 mæ ep̄o & papæ, & omnibus qui post eū in successum & p̄peruis t̄pibus aduenerint beatif-  
 simis p̄tificibus, p̄ honore & gloria Christi dei n̄i in eadē dei magna catholica & aposto-  
 lica ecclesia ex n̄o iudicio quem placatus proprio cōsilio clericare voluerit, & in numero  
 religiosorū clericorū cōnumerare nullum ex omnibus p̄sumentem superbe agere. Decrui-  
 mus itaq; & hoc vt idē venerabilis pater noster Siluester summus pontifex, vel omnes eius  
 successores pontifices diadema videlicet coronā quā ex capite nostro illi cōcessimus, ex au-  
 ro purissimo & gemmis p̄ciosis vti debeāt, & eorū capite ad laudē dei pro honore beati Pe-  
 tri gestare, ipse vero beatissimus papa sup̄ coronā clericatus quā gerit ad gloriā beati Pe-  
 tri omnino ipsa ex auro nō est passus vt corona, frigiū quoq; candido nitore splendidam  
 resurrectionē dominicā designās eius sacratissimo vertici manibus nostris ip̄soluimus, &  
 tenētes frenum equi illius, p̄ reuerētia beati Petri Stratoris officium illi exhibuimus, sta-  
 tentes eodē phrygio oēs eius successores singulariter vt in p̄cessibus ad imitationē ip̄erij  
 nostri. ¶ Vnde vt p̄tificalis apex nō vilescat, sed magis amplius quā terreni imperij digni **B**  
 tas & gloriæ potētia decoret, ecce tā palatium nostrū, vt p̄dictum est quāq; Romanæ vo-  
 bis, & omēs Italiæ seu occidentalium regionum, puincias, loca & ciuitates p̄fate beatissi-  
 mo p̄tifici nostro Siluestro vniuersali papæ cōcedimus atq; reliquimus, & successorū ipsi-  
 us p̄tifici potestati & dirioni firma iperiali censura p̄ hāc diualē nostrā sacrā potesta-  
 tem & pragmaticū cōstitutū decernimus disponendū atq; iuri sanctę Romanæ ecclesię cō-  
 cedimus p̄mansurū. Vnde cōgruum p̄speximus nostrū ip̄erium & regni potest atē orieta-  
 libus trāsferri & trāsmutari regionibus, & in Bizantiæ puincia in optimo loco nomini no-  
 stro ciuitatē ædificari, & nostrū illic cōstitutū ip̄erium, quā vbi principatus sacerdotum &  
 christianæ religionis caput ab ip̄eratore cœlesti cōstitutū est, iustū nō est vt illic ip̄erator  
 terrenus habeat potestatem, hæc vero oīa q̄ per hāc nostrā ip̄erialē sacrā, & palia diualia de-  
 creta statuimus atq; cōfirmauimus, vsq; in finē mūdi illibata & incōcussa p̄manēda decer-  
 nimus. Vnde corā deo viuo qui nos regnare p̄cepit, & corā terribili eius iudicio obtesta-  
 mur p̄ hoc: nostrū ip̄eriale cōstitutū oēs nostros successores, imperatores, vel cūctos op-  
 timates, satrapas etiā amplissimū senatū & vniuersum populū in toto orbe terrarū nunc &  
 in posterū cūctis retro tēpib⁹ ip̄erio n̄o subiacentē nulli eorū quoquomō licere hæc quæ  
 à nobis imperiali sanctione sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ vel eius oibus p̄tificibus con-  
 cessa sunt refragari aut cōfringere vel in quoq; cōuellere, Si quis autē (quod nō credimus) hoc  
 temerator aut cōtēptor extiterit, æternis cōdēnatōibus subiaceat innodatus: & sanctos dei  
 principes ap̄los Petrū & Paulū sibi in p̄nti & futura vita sentiat contrarios, atq; in inferno **C**  
 inferiori cōcrematus cū diabolo & oibus deficiat impijs. ¶ Huius vero ip̄erialis decreti n̄i  
 paginā proprijs manibus roborātes sup̄ venerādum corpus beati Petri principis aposto-  
 loꝝ posuimus, ibiq; eidē cū apostolo sp̄dentes nos cuncta inuolabiliter cōseruare, & no-  
 stris successoribus ip̄eratorib⁹ cōseruāda in mandatis reliqui p̄i n̄o Siluestro summo p̄-  
 tifici & vniuersali papæ, etusq; cūctis successoribus p̄tificibus d̄no deo & saluatore n̄o Ie-  
 su Christo annuēte tradimus p̄hēniter atq; feliciter possidēda. Et subscriptio ip̄alis, diuinitas  
 vos cōseruet p̄ multos ānos sc̄tissimi ac b̄tissimi p̄res. Datū Romę sub tertio die Caleñ. A-  
 priliū d̄no n̄o Flauio Cōstātino Augusto q̄rto & Gallicano. IIII. viris clarissimis cōsulib⁹

¶ Quo tempore actum sit Nicænum conciliū.

**C** Anones generalium conciliorū à tēporibus Cōstantini cœperūt. In p̄cedētibus nāq;  
 annis p̄secutōe seruēte docēdā; plebiū, nisi q̄ à Romana p̄cesserunt sede, minime da-  
 bat facultas. Inde christianitas i diuersas hæreses scissa ē, q̄ nō erat licētia ep̄is i vnū cō-  
 uenire nisi t̄pe sup̄radicti ip̄eratoris, ipse em̄ dedit facultatē ch̄ianis libere cōgregari. Sub  
 hoc etiā sc̄ti patres i concilio Nicæno de oī orbe terrarū conuenientes iuxta fidē euangeli-  
 cam & apostolicam secundum post apostolos symbolum tradiderunt.

K 4 ¶ Præfa-



E

ET ATISSIMO Sylvano in vrbe Roma Apostolica sedis antistite, Constantino Augusto & Licinio cæsare, consulatu Palini & Iuliani viros clarissimos, ab Alexandro, CCC. XXXVI. anno mense Iulio, XIII. Cal. Iulij, ppter insurgentes hæreses fides catholica exposita est apud Nicæam Bythiniam, quæ sancta & reuerendissima Romana cõplectitur & venerat Ecclesia, quæ quæ trecenti decem & octo presbiteris mediæ antibus Victore atque Vincentio religiosissimis Romanæ sedis presbiteris inspirate deo, ad obstruendam Arrii venena potulerunt. Nam & nonnullæ regulæ subnexæ sunt, quas memorata suscipiens confirmavit Ecclesia.

Sciendum est sanè ab oibus catholicis, quoniam sancta Ecclesia Romana nullis synodicis decretis placata est sed euangelica voce domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, ubi dixit beatus Petrus apostolus: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni cælorum, & quæcūque ligaueris super terram, erunt ligata in cælo, & quæcūque solueris super terram, erunt soluta in cælo. Adhibita est etiã societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electiois, quæ vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est, & ambo pariter Ecclesiam sanctam Romanam Christo domino consecrauerunt, aliisque oibus vrbebus in vniuerso mundo sua pauerunt, atque venerando triumpho pulerunt. Et licet pro oibus assidua apud dominum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamè verbis Paulus beatus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: Testis est mihi deus, cui seruius in spiritu meo in Euangelio filij eius quod sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis. Prima ergo sedes cælesti beneficio Romana Ecclesia, quam beatissimi Petrus atque Paulus suo martyrio dedicauerunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est, quæ & ipse in Aegypto primus verbum veritatis directus à Petro predicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri apostoli habet honorabilis, quæ illic priusquam Romam veniret, habitauit & Ignatium episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum nouelæ gentis exortum est. Nam & Hierosolymitanus episcopus pro tanti loci reuerentia ab oibus habet honorabilis. Maxime quod illic primus beatissimus Iacobus quod dicebat iustus quod etiam secundum carnem frater domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Iohanne Apostolis est episcopus ordinatus, itaque secundum antiquorum patrum diffinitionem sedes prima in Hierosolymis eam minime dicitur, ne forte ab infidelibus aut idiotis sedes domini nostri Iesu Christi (quæ in cælo est) in terra esse putaret. Etenim sedes eius cælum, terra autem scabellum pedum eius, quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Apud Ephesum vero beatissimus Iohannes apostolus & euangelista multo tempore post domini resurrectionem & ascensionem in cælos diuina inspiratione euangelium conscripsit, atque requieuit. Et ob hoc episcopus Ephesus pro tanti Apostoli & Euangelistæ memoria cæteris episcopis metropolitanis in synodis honorabiliorem obtinet sedem.

Sed quoniam de concilio Nicæno disserendum est, quæ hæc fecit causa, ut post illam Apostolorum gloriosam predicationem quæ in omnem terram mirabiliter diffusa est sub Constantino Augusto tanti congregarentur episcopi. Rufini nobis decimus liber quod coniunctus est nouem libris Ecclesiasticæ historiæ quos vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis ædidit, necessario profert ad medium, ut parua quæ eius inter initia de Arrii pueritate conscripta sunt, memorent, quæ dubium non est, ideo trecentos decem & octo sanctissimos presbiteros ex vniuerso orientali orbe in Nicæam Bythiniam congregatos, ut Arrii impium dogma Christi auxilio funditus damnet. Et salubri prouidentia constitueret quod in sancta catholica Ecclesia debeat obseruari. Itæ ad locum ex libro decimo Rufini. Igitur cum apud Alexandriam post Achille quod Petri martyrio successit, suscepisset Alexander sacerdotium, quæ pax nostris & quies à persecutoribus erat, atque Ecclesiæ gloria confessorum meritis gaudebat, prosperitas regni nostrarum domestica contentio turbabant. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam nomine Arius, vir ipse & forma magis quam virtute religiosus, sed gloriae laudisque & nouitatis improbe cupidus, praua quædam de Christi fide proferre, & quæ arte inquisitionis inuenerat cepit. Abscindere enim ac separare ab illa æterna & ineffabili dei patris substantia vel natura filium conabat. Quæ res in Ecclesia plurimos conturbabat, & à dulci mentis tranquillitate dimouebat. Sed cum Alexander episcopus natura lenis, & quietus, assidue comonitionibus Arrii cuperet à prauo incepto & assertoribus impijs reuocare, nec tamè res ex sententia procederet, & quod plerisque quodam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solum apud Alexandriam vix, & palias prouincias disperferat vrbes, perniciosum fore credens si dissimularet à talibus, plurimis cõsacerdotibus suis reindicat. Quæstio laicis innotescit. Sermo usque ad aures religiosi principis (quæ quæ omni studio & diligentia curaret quæ nostra sunt) puenit. Tum ille ex sententia sacerdotum apud urbem Nicæam episcopalem

epale conciliū cōuocat, trecētis ibiq; Arriū decē & octo ep̄is residētibus ad eē iubet, ac de eius p̄positōibus & q̄stioib; iudicare. ¶ Sed in eo concilio admirabile factum principis non A  
 puto reticēdum. Eteḿ cum ex oibus pene locis ep̄i conuenissent, & (vt fieri solet) diuersis  
 ex causis inter se quā dā iurgia detulissent, interpellabat frequenter à singulis offerbant li-  
 belli, culpā proferebant, & magis ad hęc quā ad id pro quo fuerat vētum animos dabant.  
 At ille videns qđ p̄ hmōi iurgia causa summi negotij frustraret, diē certū statuit quo vnus-  
 quisq; ep̄oz (si quid q̄rimoniā habere videret) deferret. Cū resedisset, suscepit à singulis li-  
 bellos. Quos simul oēs in sinu suo continens nec in eis qđ contineret aperiens, ait ad ep̄os.  
 Deus vos cōstituit sacerdotes, & p̄tatem vobis dedit de nobis quoq; iudicādi. Et ideo nos  
 à vobis recte iudicamur, vos at nō potestis ab hoib; iudicari. Propter qđ dei solius iter vos  
 expectate iudicium, vt & vř a iurgia q̄cunq; sunt ad illud diuinū reseruent examen, vos &  
 em̄ nobis à deo dati estis dij. Cōueniens non ē, vt homo iudicet deos, sed ille solus de quo  
 scriptū est. Deus stetit in synagoga deoz in medio at deos discernit. Et ideo his om̄issis a-  
 lia qđ ad fidē dei p̄tinēt abiq; vlla aioz contentōe disciuit. Cū hęc dixisset oēs q̄rimoniāz  
 libellos iussit exuri, ne innotesceret illi odiū & suggillatio sacerdotū. ¶ Vex; cū p̄ dies mul- B  
 tos in ep̄oz concilio de fide q̄stio verteret, & nōnulli diuersa sentirēt ac vehementer ceptis  
 Arrij fauerēt, plures tñ erāt qui impiū execraretur inceptū. Cumq; in eodē concilio eēt cō-  
 fessor; magnus numerus sacerdotū, oēs Arrij nouitatibus aduersabant. Fauebāt vero ei vi-  
 ri in q̄stioibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersabantur. Quantā vero habeat virtutē  
 fidei simplicitas, etiā ex his q̄ ibi gesta sunt, cognoscimus. Eteḿ cū pro studio religiosi im-  
 peratoris ex oī terra sacerdotes dei cōuenissent, opinioē cōmoti philosophi quoq; & dia-  
 lectici valde nobiles & opinatissimi cōuenērūt. In quibus quidā insignis arte dialectica p̄  
 dies singulos cōflictum summi certaminis cū ep̄is n̄ris viris æquā in dialectica nō improbabī  
 liter eruditus mouebat. Et fiebat ingēs spectaculū cōuenētibus ad audiēdum doctis & lite-  
 ratis viris. Nec tñ vllō gnē philosophus cōcludi à quodā poterat aut cōstringi. Tanta enim  
 dicēdi arte obiectis q̄stionibus occurtebat, vt vbi maxime putaret astrict; velut anguis lu-  
 bricus elaberet. Sed vt oñderet deus, quā nō in sermone regnū dei, sed in virtute consistit.  
 Quidā ex cōfessoribus simplicissime nature vir & nihil aliud sciēs nisi Chr̄m Iesum, & hunc  
 crucifixū inter ceteros auditores ep̄os aderat. Qui cū vidisset philosophū insultatē nostris,  
 & callida se disputatōis arte iactatē, poscit ab oibus locum velle se paucis cū philosopho ser-  
 mocinari. Tum vero nostrī qui simplicitatē viri & imperitiā i sermone duntaxat nosset,  
 pauere & velut pudorē quēdā pati ne forte apđ callidos hoīes risui efficere t̄ sc̄tā simplici-  
 tat. Perstitit tñ senior & hinc mouit sermonis exordiū. In noīe inquit Iesu Chr̄i philoso-  
 phe audi q̄ vera sunt. Deus vnus est qui fecit ccelū & terrā, quiq; homini quē de limo terre  
 formauerat sp̄m dedit, vniuersa q̄ vident sibi virtute verbi sui creauit, & sp̄s sui sc̄tificatōe  
 firmavit, hoc verbum ac sapiētia quā nos filiū dicimus humanos miseratus errores ex vir-  
 gine nascit, & p̄ passionē mortis à p̄petua nos morte liberavit, ac resurrectōe sua æternam  
 nobis cōtulit vitā, quē expectamus iudicē oīm q̄ egerimus esse venturū. Credis hęc ita esse  
 philosophhe? At ille ac si nunq; vllum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus  
 virtute dictoz mutus ad oīa hoc solum potuit respondere. Ita sibi videri nec aliud vex; eē  
 quā dixerat. Tūc senior hęc (inquit) si ita esse credidisti surge & seq̄re me ad dominicū &  
 huius fidei signaculū suscipe. Et ita philosophus chr̄ianus effectus tandem se gratulatus est  
 victū. ¶ In illo etiā cōcilio fuit Pafnutius homo dei ep̄s Aegypti, in quo tāta virtute inerat C  
 gr̄a, vt signa p̄ eū nō minus quā dudū p̄ apostolos fierēt. Quo etiā in tpe & Spyridion Cy-  
 prius ep̄s insignis habebat. Talesigit in illis adhuc tēporibus multi uiri in ecclesiis dñi resul-  
 gebant, ex quibus plurimi in illo concilio fuerūt. Interea p̄ dies singulos agitabatur cōuen-  
 tus, nec facile aut temere tanta statuere audebāt, & vocabat Arrius frequenter in cōcilium  
 & assiduo tractatu assertōes eius discutiēbant, & quod aduersum hęc tenere deberēt ac sta-  
 tui summa cum deliberatōe q̄rebant. Vex; post diutinum multumq; tractatū placuit oī-  
 bus ac velut vno cunctoz ore & corde decernit Omouision cōscribi debere, id est eiusdem  
 cū patre substantiā filium cōsiteri. Atq; firmissima oīm sententia pronunciat. Decē & septē  
 foli tunc fuisse dicuntur quibus Arrij magis fides placeret extrinsecus creatum dei filium  
 ex nullis substantiis, & nō ex ipsa patris deitate progenitū confirmātes. Defert ad Constā-  
 tinū sacerdotalis concilij sentētia. Ille tanquā a deo prolata venerat. Cui si quis tentasset ob-  
 niti velut contra diuina statuta venientem in exilium se protestatur acturum.

¶ Explicit p̄fatio.

¶ Incipiunt



# Canones Niceni concilii.

## Incipiunt capitula Niceni concilii

- |   |    |  |    |
|---|----|--|----|
| ¶ De Eunuchis q seipos abscindunt                       | 1  | ¶ De excommunicatis à seculo exeuntibus,   | 12 |
| ¶ De his q post baptismum statim ad clerum applicantur  | 2  | ¶ De catechuminis lapsis,  | 13 |
| ¶ De subintroductis mulieribus                          | 3  | ¶ De diaconibus ne corpus Christi tradant pbyteris, vel a pbyteris communicent         | 14 |
| ¶ Qualiter episcopi debeant ordinari                    | 4  | ¶ De clericis temere ab Ecclesia recedētib⁹,   | 15 |
| ¶ De excommunicatis clericis vel laicis                 | 5  | ¶ De pbyteris & diaconibus vel clericis q ad alias Ciuitates transeunt,                | 16 |
| ¶ De primatibus ep̄oꝝ metropolitanor̄                   | 6  | ¶ De clericis alienis sine cōniūctia pprii ep̄i ab alio in sua Ecclesia non ordinandis | 17 |
| ¶ De honore episcopi Hierosolymitani                    | 4  | ¶ De clericis vsurā vs̄ apliationē accipiētib⁹,  | 18 |
| ¶ De Nouatianis   | 8  | ¶ De Paulianistis & Catafrigis rebaptizādis,   | 19 |
| ¶ De pbyteris sine examinatioe cōstitutis               | 9  | ¶ De diebus dominicis & penthecostes, vtin eis stantes oremus,                         | 20 |
| ¶ De lapsis clericis ordinatis                          | 10 |  |    |
| ¶ De his q sponte lapsi sunt qualiter debeant pœnitere. | 11 |  |    |

## Incipiunt Canones Niceni concilii quod actum

est sub Constantino imperatore Paulino & Iuliano consulibus fratribus.

CCC.LXIII.III. Calendas Iulij.



D

E

V M conuenisset hoc sanctum & magnum concilium apud Nicēā ciuitatem prouinciæ Bythyniæ, statuta sunt ab eis hæc quæ infra scripta sunt ex græco in latinum versa sermonem.

I ¶ Si qs in ægritudine vel à medicis sc̄tus est, vel à barbaris castratus, placuit vt iste pmaneat in clero. Si qs aut̄ sanus seipm̄ abscindat, etiā si est in clero cessare debet, & ex hoc nullū talē oportet ordinari. Sicut aut̄ de his q vel affectauerint hæc vel ausi sunt seipos abscindere hæc quæ dicimus, statuta sunt. Ita si q à barbaris vel à dñis suis sc̄ti & pbabilis vitæ sint, tales suscipit ecclesiastica regula in clerum.

II ¶ Quā multa siue p necessitate, siue ex quacūq; cā cōtra regulā gesta sunt, ita vt homines ex vita gētili nuper adhuc catechizati, vel instituti statim ad sp̄ualem baptismū uenissent, & continuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopatū, vel ad pbyterium puecti sunt. Recte igit̄ visum est de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tpe opus est, vt sit ca thecuminus, & post baptismū multa pbatione indiget. Euidēs nāq; est Apostolicū pceptum dicēs: Non Neophytū ne forte elatus in iudicium incurrat & laqueum diaboli. Si vero pcedēte tpe aliquod pctm̄ admiserit, & conuictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset à clero qui huiusmodi est. Si quis uero præter hæc facit tanquā contraria statutis sancti concilii gerens ipse periclitabitur de statu sui cleri.

F

G

H

I

III ¶ Omnibus modis interdixit sancta synodus neq; ep̄o, neq; pbytero, neq; diacono, neq; ulli clericor̄ oīno licere habere secū mulierē extraneā, nisi forte m̄r, aut soror, aut auia, aut amita, vel mater tera sit. In his nanq; solis psonis, & harum similibus omnis quæ ex mulieribus est suspitio declinat, qui autem præter hæc agit periclitat̄ de clero.

III ¶ Episcopum oportet ab omnibus ep̄is si fieri potest, q sunt in prouincia eius ordinari. Si uero hoc difficile fuerit, vel aliq̄ vrgēte necessitate, vel itineris longitudine, certe tres ep̄i debent in vnum esse congregati, ita vt etiam cæteror̄ qui absentes sunt consensum l̄fis teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanē vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

V ¶ Seruet̄ ista sn̄ia, vt hi q ab alijs excommunicant̄ ab alijs ad cōmunionē non recipiant. Requirit̄ sanē si forte aliqua indignatioe, aut contentioe, aut qualibet cōmotioe ep̄i sui excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatioe pquiri recte visum est, per singulos annos in singulis prouincijs bis in anno ep̄oꝝ Concilium fieri, vt simul in vnum conuenientes ex cōmuni prouincia hmoī examinet̄ quæstiones, vt ita demū hi q ob culpas suas ep̄oꝝ suor̄ offensas merito contraxerunt digne etiam à cæteris excōicati filr̄ habeant̄, quousq; in cōmuni vel ipsi ep̄o suo visum fuerit humaniorē circa eos ferre sn̄iam. Habeat̄ autē semel Concilium ante dies quadragesimæ, vt oībus si quæ sunt simultatibus amputatis mūdum solēne deo munus possit offerri. Secundum uero agat̄ circa tempus autumnī.

VI ¶ Mos antiquus pduret in Aegypto, vel Lybia, & Pētapoli, vt Alexādrin⁹ ep̄s hor̄ oīm habeat̄ ptatē, qm̄ quidē & Romano ep̄o parilis mos est. Sūt̄ autē & apud Antiochiam cæterasq;